non est exinanitũ. Et quoniã plerosq; delectãt bellica. quid est prestantius exercitus magnis lacertis. an solis meritis cõfecisse prelium. Sedebat heliseus in vno loco. et rex sirie magnam belli molem inferebat populo patrũ diuersisq; consilioꝝ acerbabat fraudibꝰ et circũuenire insidijs moliebatur. Sed omnes eiꝰ apparatꝰ ꝓpheta deprehẽdebat. et vigore mẽtis p grãm dei vbiq; p̃ns cogitacões hostiũ suis ãnunciabat et monebat. quibꝰ cauerent locis. Qd vbi ẽgi syrie manifestatũ est. misso exercitu clausit prophetam. Orauit helyseus. et omẽs eos cecitate pcussi fecit. et captiuos intrare in samariã. qui venerant obsidere eam. Conferamꝰ hoc ocium cũ alioꝝ ocio. Alij enim requiescendi causa abducere animũ a negocijs solent. et a cõuentu cetuq; hoim subtrahere sese. et aut ruris petere secreta. et captare agroꝝ solitudines. aut intra vrbem vacare animo. et indulgere quieti et tranquillitati. Heliseus autem in solitudinẽ iordanem transitu suo diuidit vt pars defluat. posterior. superior autẽ in fontẽ recurrat. Aut in carmelo ẽsoluta difficultate generandi inopia sterilem concepcõne fecundat aut resuscitat mortuos. aut ciboꝝ tempat amaritudines. et facit farine amixtione dulcescere. aut decem panibꝰ distributis reliquias collegit plebe saturata.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-465/0175
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG